





8551

1767, 3.

ORDINARIUS  
SENIOR ET RELIQVI DOCTORES  
FACVLTATIS IVRIDICAE LIPSIENSIS

S V M M O S I N I V R E H O N O R E S  
CVM SPE SVO TEMPORE LOCVM IN COLLEGIO OBTINENDI  
VIRO PRAESTANTISSIMO  
CHRISTIANO GODOFREDO HERMANNO  
PLAVIENS  
DIE XVI. MAII MDCCCLXVII. COLLATOS  
INDICVNT.

---

R H A P S O D I A  
*Quaeſtioneſ in foro quotidie obvenientium  
neque tamen legibus deciſarum.*  
Colleccio XVI.

---

L I P S I A E  
LITTERIS VIDVAE LANGENHEMIAE.

CCCLXIX

ORDINARIAE

SENIOR ET PÆPULÆ DOCTORES  
ACADEMIAE IMPERIALE LIBRARIAE

SAM MOS IN IARU HONORIS  
CIVITATIS FOMENTO POLYMI CULTUS

ALIO PROGRESSUATISSIMO

CHRISTIANO GODOLPHO HERMANNO

ALIAS

ET ALIIS MELIORIBUS SCIENTIA

INTERGAT

HYPOTHY

GEOGRAPHIA IN TERRA SICULA OPERA

ROBERTUS THOMAS VENUSTUS ACQUAVIVA

Oppositorum

LIPSIÆ

ALIAS LIBRARY LIBRARIAE

## OBSERVATIO CCLXXVIII.

*Mariti facta sunt vxoris facta, nec retractare haec potest,  
si quid ille non satis circumspecte gessit.*

**S**aepius accidit, ut vxoris elocatas pecunias probioris monetarum maritus in villori accipiat et debitorem sine protestatione per apocham liberet. Illa vero damno cognito interesse qualitatis, quod *Agio* dicitur, a debitore perit, quod solutio non sibi, sed tertio nempe marito facta sit, adeoque eius factum sibi nocere non posse. Respondimus: maritum esse legitimum bonorum coniugalium administratorem, adeoque si quid commiserit vxori parum profuturum, ipsum conueniendum esse, non debitorem eius remissione plenissime liberatum, L. 46. §. 5. ff. de administr. et peric. MEVIVS P. 4. De-cis. 32. n. 8. Nam quae, moribus magis quam lege, pupillis libertas competit, ut beneficio restitutionis aut debitorem liberatum aut tutorem conuenient possint, ea in vxores maiores non cadit, cum alia ratio in aetatis curatore, quam in eo, cui per legem bonorum administratio mandata est, obtineat. Ipse enim vxor contraxisse videtur, si administrator legitimus eius nomine quid egerit. Vide supra Observat. CXII. Licet ergo marito super bonis mobilibus vxoris transigere atque aliiquid remittere, cum etiam alienare posset. L. 42. ff. de iure dot. L. 3. C. cod. Quid quod, curatori adeo aetatis transigere licet, ut alio tempore demonstrabimus. Licet autem alias verillimum sit, ex alterius contrafactu neminem obligari, tamen obligatur vxor, quoniam per procuratorem perpetuum eumque legitimum hoc quasi ipsa fecit. Nonne seruum dotalem maritus valide manumittit? Est enim dotis dominus, nisi quod finito matrimonio eandem rem in quantitate et qualitate restituit. L. 42. ff. de iure dot. Ex hoc sequitur, vxorem si per transactionem mariti aut remissionem laesa sit, non debitorem liberatum, sed post mortem mariti heredes conuenire posse. Quod autem praedia et fundos dotales attinet, explorati iuris est, mortuo marito, eos ab ipso possessore vindicari. L. 30. C. de iure dot. L. 14. C. de rei vind. Si tamen vidua portionem statutariam capiens mariti heres extiterit, ne sic quidem vindicabit, ut alio tempore demonstrabimus.

## CCLXXIX.

*Dominus quantitatem rei furto ablatae vt iurato afferat, cogi non debet.*

Licet publicae rei intersit delicta non esse impunita, adeoque iudex sollicite agere debeat, ut malis hominibus purgetur prouincia, *L. 3. ff. de offic. praesid.* tamen, cum nemo ad deferendum et accusandum cogi possit, si furtum passus iurare nolit, hoc pro remissione tacita habetur, quae, cum sic certitudo corporis delicti deficiat, furi etiam non tempestive professio contra poenam capitalem prodeat. *Conf. Crim. art. 214.* qui inscribitur: *Dass niemand zu klagen sol genöthiget werden. Specul. Saxon. lib. 2. art. 60.* ibi: *Es mag ein jeder seinen Schaden verschweigen, wenn er will. Tot. tit. C.* ut nemo iniurias cogere vel accusare tencatur. Durum omnino ciuem, ut ciuem perdat, cogere et immitti huiusmodi sententia efficere, ut iurare iussi animus aliquando ob id tacitus morsibus excrucietur. Neque etiam satis commode dominus tanquam testis considerari potest, quoniam haec causa eius quodammodo propria, vbi quidem ei creditur, si iurare velit, sed cogi non potest. Id doctrina de testibus probat, quorum aliqui volentes admittuntur, iidem vero nolentes cogi nequeunt. Etiamsi igitur concesserim tanquam testes considerari laicos posse, etiamsi porro priuatam remissionem coercionem publicam minuere quidem, non autem penitus tollere, largiar, tamen quid istud ad rem? cum *Constitutio Criminalis et Speculum Saxonicum* item titulus *Codicis supra laudatus hos testes cogi non posse sat clare loquantur.* In crimine tamen laesae maiestatis, et quibusdam aliis, quia leges sanguinolentae hoc ita iubent, denunciatio necessaria.

## CCLXXX.

*Quaestio sere inextricabilis: de coherede factum defuncti contra coheredem impugnante.*

Pater duorum liberorum maiori natu, deinde et iuniori, unum idemque praedium suum vendiderat atque iuniori, cum alter militiae causa absellet, tradiderat. Post mortem patris aduersus minorem a seniore actione venditi instituta, inter se litigant, cuiusnam praedium sit futurum? Vterque dicit alterum heredem patris esse, adeoque eius factum frustra impugnare. Videri poterat in pari causa melior conditione possidentis. At nos mense Ianuar. 1758. respondimus:

*Dass*

*Dafs Beklagier die Helfte des verkauften Gutes Klegern in Lehn und Würden zu verschaffen, sowohl demselben die Helfte des Schadens, der Klegern dadureb, daß der Handel nicht gleich Anfangs erfüllt worden, erwachsen, ihm zu erstatzen schuldig. Adiectae sententiae haec decidendi rationes: Obwohl es das Anschen gewinnen möchte, als wenn exceptio rei venditae et traditae von Beklagten gar nicht entgegen gestellt werden könnte, weil er selbst zur Helfte des Verkaufers Erbe ist, wannhero Kläger, daß jener ihm, als dem ersten Käufer das ganze Guth abtreten müsse, zu behaupten sucht. Dennoch aber und diemweil Kläger eine doppelte Person vorstelle, immassen er im gegenwärtigen Processe theils als Erbe, theils als ein Gläubiger seines verstorbenen Vaters, zugleich aber auch, weil er Erbe, als sein eigner Schuldner, zu betrachten, solchemnach in Anschung seiner, die confusio iurium et obligationum nur zu seinen halben Erb-Antheile entstebet, L. 14. C. de rei vind. L. vlt. C. de contrar. iudic. tuel. und bekant, daß ein Erbe von seinen Miterben die Helfte desjenigen, so der Erblasser ihm schuldig war, zu fordern berechtigt, solchemnach Klägers Suchen nur zum Theil stat hat, woraus folget, daß Beklagter den Schaden, den aus nicht erfüllten Handel ihm erwachsen, nur zur Helfte bezahlen, auch nicht mehr, als das halbe Guth abtreten müsse. So ist etc. Si latinis verbis clarius forte haec demonstranda sinit, animo tecum praedio substitue quantitatem et finge, maiorem natu filium defuncto patri mille thaleros mutuo dedisse, nonne minor quingentos debebit? Certe vltra eam portionem, qua cohaeres successit, obligatio non confunditur. L. 6. C. de heredit. ad.*

## CCLXXXI.

*In criminibus spectamus leges loci ubi delictum commissum, si istae mitiores sint; contra autem si sint duriores, spectamus iura loci ubi accusatur.*

*In delicto spectandas esse leges loci, ubi commissum, si istae mitiores sint, saepe et a multis dictum. CARPOV Prax. Crim. quaeſt. 54. num. 49. 50. WABST Nachr. von Sachſ. p. 47. Exceptionem autem: nisi leges prouinciae, in qua crimen commissum, sint duriores, ut multa alia, in reorum fauorem, qui haud exiguis, introducere audeo. Nempe cum hoc casu dubium sit, vtrum leges iudicii, ubi accusatur, mitiores: an vero leges delicti commissi duriores pra-*

valere debeant? non erit difficultis solutio. Quis enim ignorat iudicem, quoties res in ambiguo penderet, prōniorem ad absoluendum quam condemnandum esse. L. 5. ff. de poen. L. 9. ff. de reg. iur. L. 47. ff. de act. et oblig. cap. 49. de reg. iur. in 6to. Imo vix quisquam adeo crudelis, vt poenam exsequi velit, quam ipse absurdam putat. Ita Facultas Lipsiensis Serenissimo Duci Mecklenburgico et Regimini quod Suerini est mense nupero Aprili 1767. respondit. Itaque causarum civilium et criminalium, vt in multis aliis, ita etiam in hoc exemplo quaedam diuersitas. Finge Mahometanum Constantinopoli dixisse: Chrīstum maiorem prophetam Mahomete esse et ob id Viennam profugum ibi ob blasphemiam Turcicam a Turcis accusari. Itane Vienenses hominem capite mulctabunt? Similis quaestio de eo, qui stans in hoc territorio quandam in alio sagitta transfixerit. Licet enim illuc, vbi necatus cecidit, delictum consummatum censeatur, tamen si leges loci, vbi occisus sterit, duriores sint, mitiores iubet humanitas praeferre eius loci potius, vbi occisor arcum tetendit. Nam cum neutro iure satis comode possit condemnari, melius est, vt ait H Y B E R in Praelect. ad Pandect. lib. 1. tit. 3. pag. 538. omnes has de diuerso prouinciarum iure quaestiones non ex scriptis legibus definire, sed in causis, vbi diuersi legislatores diuersa statuerunt, rationes ex iure gentium aut, quod commune dicitur, Romano arcessere, quae et G R O T I I sententia de I. B. et P. lib. 2. cap. 11. ff. 5. At ius gentium pariter atque Romanum minoribus poenis, barbarae gentes maioribus, gaudent.

*Nam didicisse fideler artes*

*Emollit mores nec sinit esse feros.*

Ex quo simul difficultas atque subtilitas tollitur eorum, qui Saxonem itinerantem, si in loco, vbi mulcta pecunaria coereetur adulterium, tale commiserit, nihilominus capitaliter puniendum propterea statuunt, quoniam iis videtur reliqua in Saxonia coniux per factum illud domi potius, quam in extero illo loco laedi, adeoque delictum domi quasi terminari, etiamsi maritus mille ab ea lapides femen exteriae immiserit. Nos vero contra. Nam, quae saepius quaestio obuenit, si Misensis in Misnia, quae gladio ferit adulteros, moechatus fuerit, deinde vero in Lusatia captiatur ibique condemnatus sit, mortis poena non infligitur, quoniam in prouincia, vbi iudicium habetur, hoc delictum non putatur capitale. Quid autem si captiuus ad delicti forum remittatur? Tunc capite plebendus erit. Reple vero is remitti sive dedi potest, quod adeo verum, vt etiam supplex aduenia

ob

51

ob factum, non nisi secundum patriae suae leges punibile, non quidem a principe, ad quem configuit, puniri, attamen populo amico dedi possit. Liberabit se tamen a deditione princeps, si profugum abire permittat eumque sui regni finibus interdicat. GROTIUS de I. B. et P. lib. 2. cap. 21. §. 5. 6. Plura de aliis huiusmodi legum collisionibus inferius Obs. - - - proferam.

CCLXXXII.

*Quot columbas rusticci alere possint?*

*Quae in sensu iuris Huba sit? quid Iugerum? quodnam horum pretium iuridicum?*

Si in statutis villicis non aliud cautum sit, qui mansum sive, quod idem est, Hubam possidet, i. e. tot agros ex quibus fe et familiam rusticus satis commode sustentare possit, duodecim paria columbarum; et qui dimidiā hubam possidet, non plura quam 6. paria columbarum, quae pro modo agri magna summa est, habeat. Qui vero ne dimidiū quidem hubae in bonis habet, nullas omnino columbas alat. Nam in hoc plerarumque mores prouinciarum conueniunt. Si quis accusetur, plures apud eum columbas euolare, res ad certum deduci potest visitatione columbarii iudiciali. Ludi magistris, ne columbarium in templi teclis instruant, interdicendum. Nec mitoribus columbaria permissa, ni simul dimidiū mansi habeant. Si ergo ius sit rusticis columbas habendi, licebit quidem caſato, qui germanice *ein Heusler* dicitur, eas in suo agro paſcentes abigere, neutiquam vero iaculando necare.

HUBA autem sive mansus, cuius mentionem fecimus, si quaeratur, quotnam agellis sive iugeribus confert? vix aliquid certi confitui potest. Quo enim fertiliores agri sunt, eo pauiora sunt iugera, quae mansum, quam Hubam dicimus, compleant. Si tamen intermedium numerum ex pluribus eligere et, absque vlo ad singulas prouincias respēctu, denominationem ab eo, quod vt plurimum fieri solet, deriuare velimus, Hubam dicamus 24. agellos, sive quod mihi idem est, iugera continere. IUGERVM autem (*ein Acker*) agri modus est, quem duo boves vno die arare possunt. Pretium huiusmodi iugeric sive agelli (*eines Ackers*) licet itidem pro sterilitate fertilitate variet, nec certum quid definiri possit, tamen, ut saltim aliquid de ea re statuatur, dicamus: iugerum (*einen Acker*) sive

sue ut supra definiuimus, eam terrae portionem, quam uno die duo boues aratro yertere possint; circiter 50. Thaleris emi solere; adeoque totam Hubam sue quod idem est mansum circiter 1200. Thaleris aestimari.

*Non omni furioso curator dandus.*

Si omnes stultos sub tutela contineri cupiamus, credo equidem, quam nunc sunt, rariores fore, qui curatores esse possint, quamobrem plane MENOCHIO in *Consil.* §2. num. 221. Vol. 1. adsentior existimat hominem in vinica re delirantem, qualis fuit, quem HORATIVS lib. 2. epist. 2. describit:

*Fuit haud ignobilis Argis,  
Qui se credebat miros audire tragoeidos  
In vacuo laetus secessor plausorque theatro;  
Caetera qui vitae seruaret munia recto  
More, bonus sane vicinus, amabilis hospes,  
Comis in uxorem, posset qui ignoscere seruis,  
Posset qui rupem et puteum vitare patentem,*

posse quidem furiosis quodammodo annumerari, nec tamen curatore indigere, nisi forte cum comoediis tragoeidiis contrahere velit. Aliunt enim medici, non metuendum esse, vt corrupta in quadam parte phantasia reliquiam prudentiam perdat, quoniam nec reliqua prudentia illam subvertit insaniam. Imo quotidie videmus, utramque satis amice inter se conuenire et, quod magnum naturae miraculum, vna in sede morari. Autorem grauiissimum adduco ZACHIAM, qui in Quæstionibus Medico legalibus libro 2. tit. 1. quæst. 3. et 4. ita philosophatur: *Aduentum, non omnes dementes circa omnia errare.* Quosdam enim circa omnia, quosdam circa plura, alios vero circa pauca quedam solummodo errare constat, imo ex illis nonnulli sunt, qui in nulla re, sicut unam tantum excipiunt. - - - Ea omnium medicorum opinio, esse non nullas dementiae species, in quibus sola imaginatio depravata sit, sedvis eacteris facultatibus, ratione nimivrum, ac memoria. Sciant ergo tam iure consulti quam medici, me eius opinionis esse, quod ex sola imaginacionis lacrime nulla omnino insaniam oriatur. Vnde si quisquam sit, in quo salua ratione ex memoria, sola imaginatio tæsa appareat, hic non nisi maxima iniuria inter insanos connumerabitur, neque absque summa iustitiae offensa a ciuitatis actibus celebrandis ob eam causam prohibebitur, ut ab administratione bonorum suorum, a testimonio dicendo, a matrimonio con-

trabendo

bendo, ino et d' tutelis administrandis. Haec omnia deinde experientissimus scriptor argumentis confirmat et exemplis pluribus, quae facile vnumquemque in eius sententiam flectant. Nec in contrarium me mouer, quod alio tempore demonstrabimus, semel delirantem semper delirare praesumi. Haec regula enim capienda solum de iis, qui in omnibus aut certe pluribus semel a ratione aberrarunt, h. e. de vniuersaliter furiosis, non de iis, quibus ynica imaginatio falsa nimium que tenaciter fixa parvam solum cerebelli partem perturbavit. Vnde nec dubitauerim, si, qui Argis fuit tragœdiarum in theatro vacuo spectator, hereditatem expilauerit, si falsum testimonium dixerit; si futrum aut delictum aliud, vt ita dicam, non theatrale commiserit, dummodo a poena capitali abstineatur, virgis caedi aut alia arbitraria poena plectri potuisse, vt formula haberet in nostro FLAVIO GERMANICO s. v. Rosende Num. I. Per delictum non theatrale autem, vt iocoſe dixi, tale innuo, quod nullam plane cum idea fixa coniunctionem habeat. Caeterum non video, cur tantopore Horatiani illius, qui in vacuo theatro sedidit, stultum mirum, cum plures ipse ego nouerim illo Horatiano non multrum inferiores, quibus mentis summa intacha partem tantummodo aliquam complevit delirium. Omnes enim se suaque nimium mirantes, quos graeci philautos vocant, etiſi sint de caetero satis sapidi, vbi tamen secum suam sive pulchritudinem, sive eruditem, sive prudentiam contemplantur, contemplantur autem illam quotidie, videre sibi putant aliquid, vbi nemo quicquam videt. Ergo sibi inania in vacuo theatro spectacula singunt, nec Horatianum illum alia in re superant, nisi quod teñius et ad vulgi captum accommodatus furunt. Anne his omnibus curatores dabimus? Habent tamen illi, quod nemo negauerit, animum vere perturbatum. Quid enim philautia quaeso aliud, nisi quaedam animi informatio falsa, quae cerebro adeo tenaciter fixa haeret, vt nec morali remedio nec ullo pelli elleboru posſit. Haec de furiosis. De obtusis vere eadem doctrina, vnde mense Ianuario 1767. Praefecture Dresdensi ita respondimus:  
*Dieweil die Schwachheit menschlichen Verstandes ihre verschiedene Stufen hat, ehe sie zu einer solchen Blödigkeit, welche die Verwaltung eigentümlichen Vermögens behindert, ansteiget, und was die Zeugen von G. v. M. Gewüths-Umständen aus sagen, mehr eine auserordentliche Nachlässigkeit und Unbesorgnis in seinen Hauswesen, (welche jedoch zuweilen auch Personen, so mit ziemlichem Verstände begabt, eigen ist,) als eine völlige Unvernunft zu erkennen geben, mithin, dass er seiner Sinnen zur Zeit des geschlos-*

geschlossenen Kaufes gar nicht mächtig gewesen, um so weniger zu behaupten, da am 18. Febr. des 1764sten Jahres die Abgeordneten des Räths zu Dresden solchen Kauf von ihm anzunehmen und gerichtlich zu bestätigen kein Bedenken getragen, übrigens bewährte Rechteslehrer, dass, wenn der Blößling nicht einen alzu hohen Grad erlanget, ein damit beauftragter nicht allein keines Vormundes bedürfe, sondern nach Gelegenheit wohlfestst Vormund werden könne, ausgeführt, allermassen zwischen blößlinger Ein- falt und völliger Tamheit ein Unterschied zu machen, So ist etc. In primis suscepimus ab eiusmodi semi mente capto siue semi furioso negotio valere putauerim, si non ridiculum sit aut insolitum, sed tale, quod etiam sapiens forte peracturus fuisset.

## CCLXXXIV.

*Iniuria non est si honoratori obuius, contemtus causa, caput non aperias.*

Iniuria et omittendo sit, vt si quis in alterius contumeliam doctoris titulum aut alium, quo alter ab imperatore aut principe ornatus est, studiose omittat. Nam iniuriandi animus attenditur, qui non solum facto, sed etiam omissione facti, ad quod quis obligatus est, elucessit. Quid autem, si in coniuicio aliquem poculo non salutes siue, vt dicere solemus, in eius honorem et sanitatem non bibas, si honoratori tibi noto obuius pileum non detralas, nec stanti adsurgas? Respondeo, quia talem reuerentiam honoratores solum iure imperfecto exigere possunt, nec plena quemquam ad id obstringit obligatio, vix poenae locum fore, adeoque nec iusirandum purgatorium hoc modo: Dass er dieses nicht in der Meynung jenem dadurch seine Verachtung an den Tag zu legen, unterlassen habe, vlo modo imponi posse, quoniam non omnis contemtus poenam habet, sed iniustus tantum. L. 13. §. 4. ff. de iniur. vbi Labeo eum, qui contumeliae causa de honoribus alicuius decernendis passus non sit decerni, iniuriarum teneri negat. Aliud enim est alicui honores decretos detrahere, aliud non decernere. Putasne philosophos multitudos esse, qui homines stultos, licet potentes, minoris aestimant, contra vero in humili casa pannum agrestem, si meritis splendeat, magnificiunt. In subditis tamen et vasallis haec omissione curialitatis iniuria, quoniam in iure Feodali Allemannico cap. 6. §. 3. ita scriptum est: Es sol ouch ein Man seinen Herren eren mit Worten und mit Werken. Er sol ouch gegen ihn usston; cr vite

rite oder gange. Er sol ime auch den Stegereys halten, so er auf will sitzen, und das thun cineft in dem Tag, damit ist sii genug; ad quem locum SCHILTER annotat, in suo manuscripto adiecta esse verba: er sol auch die Kappen gegen ihn abziehen, er sol ime auch vor lassen gan. Idem dicendum de magistratibus aut aliis in officio nobis praepositis. Certe apud Romanos lictor magistratui occurrentes submouebat atque, vt via decederent, improvidos monebat. Hunc salutationis honorem etiam sculteto pagano a conuicanis deberi, existimo et inter cognatos patri, matri, locero, socrui, vitrico, nouercae, patruo et auunculo, non autem fratri nec caeteris cognatis.

## CCLXXXV.

## De uno homine plures sustinente personas.

Scriptis de hac materia dissertationem singularem HERTIVS. Nos, quae nobis succurrunt exemplis, quoniam huius discriminis rationem probe peruidisse in controuersis decidendis egregiam utilitatem praebet, rem illustrabimus, nec non Hertiana quedam nostra faciemus. Ipse rex, quando contractus celebrat suam personam aut proprium patrimonium attinentes v. c. si matrimonium celebrat, priuatus est. Nonne si ludum talarium cum subdito aut in alea ludit, se huius ludi legibus submittet? Improbus fuerit, qui in tali certamine auctoritate sua et imperio vtatur ad circumueniendum aut defraudandum collusorem suum. Ut autem in ludo, ita in omni reliquo contractu se res habet. Tanquam priuatus vtitur SCto Macedonio et gaudet restituzione in integrum, plane vt alii in ciuitatibus magistratus, qui multa priuatum, alia publice gerunt. Quod si enim princeps legibus a se latis ipse parere debet, vt in disputatione nostra: *Principis cura leges,* capite ultimo demonstrauimus, nihil est aequius, quam vt etiam beneficiis iuris priuati fruatur. Eodem modo consul et praefes provinciae apud semet ipsum emancipat filium, adoptat et contractus judicialiter firmat. L. 2. ff. de off. praetor. L. 2. ff. de off. praefid. L. 5. ff. de manum. vind. Plane vt in naui gubernator unam sustinet personam communem cum omnibus, qui eandem concenderunt nauem, qua ipse vehitur, alteram propriam, qua gubernator est: ita in omni populi moderatore. Ecce Imperator Germanicus, quatenus ducatus aut comitatus possidet, princeps est imperii, non imperator. A iure publico ad priuatum transeamus. Tutor sibi relictum legatum petens, tamen nomine pueri

pulli potest inofficiosi querelam mouere *s. 4. Inst. de inoff.* Contra autem, si res pupillares vili pretio vendiderit, atque restitutionem in integrum petat, cum hoc non suo nomine, sed quoniam tutor est, instituit, repellitur. Nemo enim suo proprio facto contrauenire potest. Sic pater et filius inter se vna, intentu extranei autem, duas personae putantur. Item heres et defunctus, si hereditatem speches, pro uno eodemque homine habentur, caeteroquin autem quod heres debet, defunctus non debuit, hinc ius separationis in concursu. Membrum universitatis quod cum universitate litigat, teneri sumptus litis, contra semet ipsum ministrare in Observatione sequenti dicemus, quemadmodum et mandantis et mandatarii personas mox vnas mox diuersas esse, iam Observatio superior CXIII. docuit. Germaniae episcopi et principis faciem habentes clerici, unde ab iis in rebus ecclesiasticis ad pontificem, in secularibus ad imperii tribunalia appellatur. Qui autem duas personas sustinet, is in rebus, quae ab alterutri plane suscipi nequeunt, eligit, quam personam velit respici, ut in hermaproditto videmus. Mittere ergo debet, quae alterutri personae plane sunt contraria. *Tot. tit. ff. de except. rei vend. et trad.* Narrant rusticum episcopum cuidam venant obuium, risisse et querente eo, quare rideret? respondisse: sibi mirum videri clericum venari, cum sancti canones id prohibeant. Illum vero antistitem iterum quæsisse: anne ignoraret Germaniae principes duplarem personam sustinere? Se in hac silu venari non qui episcopus, sed quatenus sit imperii princeps. Tuic vero completis manibus rusticum inimoderatos caciinos effusum contra interrogasse: si diabolus principem abripiat, ubi episcopus sit futurus? Quod protestantium principes attiner, nova iterum distinctione, cum in suis territoriis et principes et supremi in rebus facis sint episcopi. Sed in naturali quoque et gentium iure haec personarum duplicitas obseruanda. Siquidem in nostro Jure Mundi Universitati copiose demonstrauimus, omnes in iure naturali dissensiones et controversias ex eo promanaesse, quod nonnulli philosophorum hominem ut merum animal, caeteri autem evidentem hominem, neglecta eius animali parte, tantum ut rationalem contemplarentur, cum tamen duabus quasi personis induit, neque sola mente et ratione neque tamen etiam corpore solo constemus et mera animalia simus. Mirifice illustrant hanc moralem duplicitatem, quae interdum physica contingit. *OB VCHANANVS libro XIII. Rerum Scoticarum tale exemplum refert: Naturam est, inquit, in Scotia mirabile monstrum, inferiore quidem corpore specie*

*Specie maris nec quicquam a communione nominum forma discrepans: umbilicum vero supra, trunco corporis ac omnibus reliquis membris geminis. Id rex diligenter et educandum et erudendum curauit ac maxime in musicis, qui in re mirabiliter proficit: quin et varias linguis edidicit. Et variis voluntatibus duo corpora secum discordia discutiebant, ac interim litigabant, cum alii aliud placeret, interim velut in commune consultabant. Hoc etiam memorabile in eo fuit, quod cum inferne crura lumbiae offendebantur, utrumque corpus communiter dolorem sentiret: cum vero superne pungeretur aut alioquin laedaretur, ad alterum corpus tantum doloris sensus perveniret. Quod discrimen etiam in morte fuit magis perspicuum; nam cum alterum corpus complures ante alterum dies extinctum fuisset, quod superest fuit, dimidio sua computrescente paululum contrahuit. Vixit id monstrum annos viginti octo, administrante rem Scoticam Ioanne Prorege.*

## CCLXXXVI.

*An membrum universitatis cum universitate litigans ad summatus litis contribuendos cogatur?*

Negat hoc LEYSER, Spec. 84. Med. 12, quoniam recta ratio permittere non videatur, unam personam et petitoris et rei partes sustinere. Haec sensum non habet. Neque enim si ciuitas litigat, singuli litigant, L. 7. §. 1. ff. quod cuiusque universitatis nom. quemadmodum quod universitati debetur, singulis non debetur. Centesima universitatis pars non est ipsa universitas, adeoque ille secum non litigat, nec ultra unquam in corpore collectivo habetur singulorum ratio. Finge summus litis ex arca communi deponi, quod permisum est universitatibus seu collegio, nonne vel hac ratione eueniet, ut ipsius pecunia contra ipsum vertatur? Si pendente lite rusticus noster communia pascua et caetera coniucanorum commoda non deprecatur, cur non et oneri subiaceat? In regno Germaniae si contra principem bellum imperii decreatum atque ille armis victus fuerit, non dubito, quin siam quoque ratam impensarum et residuas belli collectas refundere tenetur. Inter ea tamen, cum hodie universitate litigante singulis declarare liceat; se non adhaerere caeteris, sed cedere potius quam contendere velle, et tunc a summis immunes sint, id eodem modo si fecerit, qui cum universitate litigat, se per indirectum liberabit. At si ex arca communis summus deponantur, tanquam in re individua, haec protestatio ei parum proderit. Capit haec observatio maiorem ex antecedenti lucem, quam consulas.

*Nunquam tortura, ne minima quidem decernenda, nisi sententianentes sine illa baestitatione iurare possint, se delictum vere commissum credere.*

*Tortura beneficium est.*

Nunquam torturam decernendam esse, nisi iudex de credulitate iurare possit, crimen vere commissum esse, ante me plures sed aliis verbis et paulo forte obscurius dixerunt, inter quos L E Y S E R V M produco, ex cuius Specimine 64. Meditatione 6. et 7. hanc regulam elicio: Debet iudex torturam decernens plene conuictus esse naturaliter, nec aliud quicquam desicere, nisi ciuilis sive iuridica certitudo. Rationes huius rei ex nostra superiori Observatione CCLIX. et Constitutione Criminali art. 20. et 23. repetendae. Ita vero, dixeris, summus torturae gradus sine discrimin'e omnibus ita grauatis dictandus erit. Hoc non sequitur. Nam ipsa animi conuictio suos gradus numerat, cum nullum in Grammatica Adiectuum sit, quod Comparativum non habeat et Superlativum. Sic mihi vixisse aliquando C I C E R O N E M et contra Catilinam declamasse, item fuisse quandam Syracusae A R C H I M E D E M, qui proportionem cylindri ad spherae ipsi inscriptam inuenierit, tam firmiter persuasi, ut quotiescumque a me exigatur, de credulitate iurare velim, sed multo tamen certius hominem bilosum vultu truci et furibundo a laeso inimico se fugi propipientem, qui madentem cruentum gladium in manu teneat, hunc vulneras crediderim, in primis si laesus ipse hoc ante mortem dixerit. Nec tamen haec summa certitudo, cum multo confidentius me manum habere iurauerim aut pedem. Itaque ut quaeque res iudicii probabilior, ita torturae gradus variabit. Ex his facile apparet torturam si ita, ut debet, infligatur, in reorum fauorem introductam esse. Nam in iis regnis, quae a quaestionibus et equaleo se abstinent, si iudices iurauerint, se credere reum delictum commisso, illico morte mulctatur. Nos vero hoc casu demum torturam decernimus, quam eodem iure, quo cesso bonorum ita dicitur, fleibile beneficium appellare non dubito. Venit mihi dum haec scribo in mentem, anne similiter liceat hanc quoque regulam formare: *Quotiescumque excusationes pro depellenda suspitione reus adeo probabiles attulit, ut index de credulitate iurare possit, eum vera dixisse nec crimen commisso, plane absoluendus nec purgatorio grauan-*

*grauandus est.* Nihil mihi magis videtur rationi consentaneum, quam haec regula, licet a quibusdam nihil minus purgatorium in honorem, ut loqui amant, dictatae inquisitionis decerni videamus, etiam si reum innocentem credant, ut si saepe non probabilitatis sed merae possibilis indicij iurato declinare cogatur, quod fieri non debebat, quia quoties in causis criminalibus iudici: sibi non liquere, fatendum est, ipsa, quae ab homine nomen habet, reum humanitas absoluit. Neque video, quomodo atrocitas criminis nos ad torturam sive spiritualem sive corporalem facilius mouere possit, si quidem probabilitas, plane ut veritas, semper eadem, sive circa parvam sive magnam rem versetur. Errant igitur qui in atrocissimis delictis leuiora indicia ad torturam sufficere putant, quia magnis criminibus acris succensemus. Nec probo hoc tamen, quia iudex, si sapiens est, nunquam irascitur. Quid quoquo criminum differentia ad facti quaestionem?

#### CCLXXXVIII.

*Etiam qui se in solidum obligarunt, gaudent beneficio diuisionis.*

Ab vniuersis nunc dicasteriis recepta sententia, correos debendi, si se in solidum obligauerint *einer für alle und alle für einem*, nisi in super diuisionis beneficio renunciauerint, non ultra ratam teneri, etiam si adiecta fuerint verba: *in solidum.* Nouell. 99. L. 3. C. de fideiuss. BERGER P. 1. Resp. 277. n. 5. Nam talis obligatio tacite hanc clausulam continet: si reliqui soluendo non sint. CARPZ. P. 2. Conf. 17. defin. 9.

#### CCLXXXIX.

*Qui incertum confitetur, cogi potest, ut certum fateatur.*

L. 6. §. 1. ff. de confess. Cap. 32. X. de iureitur. LEYSER. Spec. 141. Corvol. 4. Item si probatum fuerit, aliquid deberi, etiam si quantum debeatur? non constet, cogitur iureiturando manifestare reus, quantum debeatur.

#### CCC.

*Dos à patre obaerato filiae promissa quando ex concurso peti posse?*

Dotem promissam ex concurso semper peti posse, existimat P V R FENDORF Tom. I. Obs. 66. §. 4. et 5. Nos, si haec species obuenirit, ita pronunciare solemus: *Dass der verhey Ratheten Tochter Saben nicht stat habe, sie könnte denn in Sachsischer Frist, dem Curatori Li-*

tis den Gegenbeweis, Gewissensübung und andere rechtliche Notdurft behaftlich, dass zur Zeit, als der Vater ihr solche Mitgift zugesaget, von Lehn oder Allodial-Vermögen, nach Abzug seiner damaligen Schulden noch so viel, als die ihr verpflichtete Summe betragen, übrig gewesen, und sie also ohne derer Gleubiger Schaden damals wohl hätte befriediget werden können, wie Recht erweisen, so ergiebet ihrer Location halber ferner was Recht ist.

## CCXCI.

*Antiquae scripturae fides.*

Documenta antiqua, in primis ex tabulario publico de prompta, nimis rigide non examinanda, sed interdum etiam sine subscriptio ne probant, nec superlinearia emblemata fidem proflus infirmant. GAIL. lib. 2. Obs. 149. n. 8. BERLICH P. 2. Decif. 284. Sunt autem scripturae antiquae, si eum, qui scripsit, adhuc vivere possibile non sit; adeoque septuaginta annorum transcursum instrumentum facit antiquum. Quidquid, etiam copiae sive exempla antiqua veteris scripturae, in primis si a notario quondam confecta sint, recognosci debent, ut WERNHER Tom. 3. pag. 227. Obs. 305. demon struit.

## CCXCII.

*Contra documenta nouiter reperta noua Reprobatio admittitur.*

Hanc esse Iudicij Appellationum supremi iustum sententiam, dicimus ex RIVINO tit. 21. Enunc. 51. et BERGERO El. Dic. For. tit. 24. Obs. 3. not. 2. Si modo articuli reprobatoriales non ad alias res, sed tantum ad frangendas huius documenti vires, aut elidendas ex his deductas conclusiones, dirigantur.

## CCXCIII.

*Prolongatio cambii subscriptionem debitoris requirit.*

Nam si creditor prolongationem in litteris cambialibus ipse annotauit, poterit ei opponi exceptio prescriptionis, quea per replicam prolongationis non in continent, eliditur, quia scriptura prescrivente nihil probat.

Haec

Haec praeludere placuit, ut exordium iuridicum haberent, qui notificandi veniunt collati honores, quibus *Noster* erit sue, ut cum statutis loquar, inter *doctores regentes* olim recipietur per diploma *creatus*.

VIR IVRIS CONSULTISSIMVS

**CHRISTIANVS GODOFREDVS  
HERMANNVS**

PLAVIA VARISCVS

quem praeter liberalium artium doctrinam et iuris scientiam, qua supra aetatem excellit, etiam singularis modestia, vitae sinceritas et morum elegantia amabilem faciunt. Nec aliis esse debebat, qui tali patre natus esset. Ac cum multa in eo niteant, maxime tamen placet, quod, cum vere doctus sit, tamen hanc suam eruditio nem non quam iactare nec, quae heri audiuerit legerit, altero die in conuersationibus magna voce aliis obtrudere, sed alia omnia potius, quam suam sapientiam, loqui solet. Novit ille quidem nihil facilius esse, quam his fraudibus doctrinam videri, quia turba magis specie rerum, quam ipsis rebus ducitur: nec ignorat vero alterum, nempe angustum doctrinae campum sapientibus prodere, qui sic in circulis se iactant. Nam qui vere docti sunt, non dant operam ut tales videantur, unde Cuiacius, quoties in conuiuiis animum laxabat, nullas iuris quaestiones, quibus dicebat nihil esse in conuersationibus radiofisi sibi praesertim, qui a mane vsque ad vesperam non alia legeret, ageret et cogitaret, inferri patiebatur imo, si quis forte incommodus tamē inūceret, is indigne ferre et respondere quidem, sed inconsiderate saepius imo falsa per oscitantiam pronunciare. Cur vero in circulis paucorum hominum animum intenderet is, quem orbis adorabat? Itaque nobis Hermanni modestiam, quia in erudito homine non solum scientiam sed mores etiam spectari debent, commen-

K  
morare

morare placuit, nec caeteras tamen dotes, quoniam non elo-  
 gium, sed studiorum, quem tenuit cursum et vitae nar-  
 rationem subiungere moris est, quam cum satis scite exposuerit,  
 legendam dabimus, vti eam nobis tradidit: *Natus sum*, inquit,  
**Plauiae Variscorum d. IIII. Febr. a. CIOIOCCXLIII. patre**  
 IOH. GOTTFRIDO HERMANNO, S. Theol. D. Pastore  
 Primar. et Superint. dioeces. Plauenfis, nunc in Aula Elector.  
 Sax. Concionatore Supremo et Consiliario Ecclesiast. e stirpe Olea-  
 riorum orto, matre vero CHRISTIANA SOPHIA, b. IOH.  
 CHRISTIANI SCHELLII, I. V. D. Moral. et Polit. in  
 Acad. Lips. Profess. Ordin. et Iuris Publ. Extraordinarii filia,  
 ROTHII, Praefecti Circuli Lips. nepte. Quorum pa-  
 rentum, sine gratissimo et pietatis et amoris sensu nun-  
 quam nominandorum, curam atque operam, in me, ad  
 rectam doctrinae, vitae, morumque rationem bene formando, po-  
 sitam, inde ab incunabulis, summam sum expertus. Biennio ac-  
 tatis primo fere elapsi, disciplinae Art. Magistri HAVSNERI,  
 paullo post ecclesiae Plauenfis Diaconi, nunc beate mortui, dein-  
 de, anno vitae quarto, Dresdae Magistris itidem probatissimis  
 atque optimis, ZAVMSEILIO, nunc Pastori Baernsdorfensi,  
 postea GROETSCHIO, nunc Buchholziensum Pastori, tandem  
 viro iuris peritissimo ac scriptis quoque editis clarissimo KREBE-  
 LIO, me commiserunt. Hoc ipso fido ad altiora comite ac duce,  
**a. CIOIOCCXLIII. pace feliciter redeunte, in academiam**  
 Lipsensem me contulit; ubi, praeter illa, quae ad Theologiam  
 magis comprehendendam S. R. CRVSIVS atque SEIDLITIVS,  
 quibus permultum me debere libenter profiteor, tradiderunt, in  
 humanitatis, historiae, atque omnis philosophiae studio, praecl-  
 etionibus virorum celeberrimorum, de me praecclare meritorum,  
 D. ERNESTI, GELLERTI, WINKLERI et ERNESTI  
 IVNIORIS, itemque institutione optima CLODII, SCHV-  
 MANNI ac LANGII usus sum. In ipso iurisprudentiae limi-  
 tate, quod sepe inuestigat, multo seruo bel minimum ne  
 morias

ne doctore praestantissimo gauisus sum Illustri KREBELIO, Krebelii, quem supra laudaui, mei fratre, qui ad munus Consiliarii aulici Dresdam euocatus preelectiones ad Institutiones Iustinianae doctissimo BRVNNEERO absoluendas relinquebat. Per ceteros iuris naturae, ciuilis, germanici, canonici, criminalis et feudalibus campos, atque in iudicibus sue processualibus, et relatoriis, examinatoriis ac disputatoriis secutus sum Iurisconsultos praezellentissimos, Summe Reuerendum et Illustrem HOMMELIVM magnum rerum mearum fautorem, ZOLLERVUM, C. G. WINKLERVM, BAVERVM, SEGERVM, FRANKIVM et PÜTTMANNVM itemque institutionem eorum, qui nunc aliis academiis inseruiunt, preeclari nominis doctorum, WIESANDI et CONRADI; quorum omnium erga me benevolentiam et merita gratissima mente agnosco. In iure publico, atque in Imperii Romano Germanici, Statuum Europae, et Saxonie historia, praeter FRANKIVM modo laudatum, Illustris BOEHMII operam, pro suo in me animo abundanter praefitam, praedico. Neque defecit mibi in hoc studio recurrenti specimina quaedam publice dandi occasio. Magnifici et Illustris BORNII voluntati in me ac meos propensissimae acceptum re tulii beneficium singulare et honorem, orationes duas sollemnes in memoriam Bornianam, unam a. CIOICCLXIII. de aequitatis studio in iurisconsultis caute laudando, alteram anno subsequente CIOICCLXV. de aequitate in legislatoribus merito laudanda, in auditorio Iurisconsultorum habendi. Praeside Celeberr. PÜTTMANNO, I. V. D. et Prof. Publ. varia iuris ciuilis capita, a. CIOICCLXVI. disputatione publica defendi. Metae praefixa propius accessurus, Illustris Iureconsultorum Ordinis permisso, preelectiones pro candidatura quas dicunt, super Cap. 31. X. de sponsalibus et Const. 6. C. de postuland. habui, atque examen, consequendae primae in iuris studio laeuae caufa, subii, deinde preelectionibus pro licentia, super Cap. 15. X. de vit. et honest. cleric. et Const. 16. C. de don. ante

K 2


nupt.

nupt. habitis, ad examen alterum, quod rigorosum vocatur, admissus, disputationem de curiis Imperatorum et Regum Germanicorum sollempnibus, earumque a comitiis Imperii differentia, d. vii. Maii b. a. sine praefide a me propugnandam obtuli. Haec ille de se ipso. Nos addimus in binis hisce examinibus se ita exhibuiste, ut certa spes omnibus subnasceretur, eum utilissimum aliquando afferrem collegio futurum esse, vnde vnanimi suffragio Nostris, uti vocantur, Doctribus adscribendum decreuimus, quod ita rite factum esse maioris fidei causa hoc programmate significamus. P. P. Dominica Cantate Anno

M D C G L X V I I .







**ULB Halle**

003 719 014

3



W078





# Farbkarte #13

B.I.G.						
Centimetres	1	2	3	4	5	6
Inches	1	2	3	4	5	6
Blue						
Cyan						
Green						
Yellow						
Red						
Magenta						
Black						
3/Color						

1767.3.

DINARIUS  
RELIQVI DOCTORES  
S IVRIDICAE LIPSIENSIS

N IVRE HONORES  
RE LOCVM IN COLLEGIO OBTINENDI  
PRAESTANTISSIMO  
GODOFREDO HERMANNO  
PLAVIENS  
II MDCCXLVII. COLLATOS  
INDICVNT.

---

APSODIA  
*foro quotidie obvenientium  
nen legibus decisarum.*  
Collectio XVI.

---

I P S I A E  
VIDVAE LANGENHEMIAE.